



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

Epistola II. Pelagii Papae I. Ad Narseten. Hortatur, vt legatis auxilium
praestet ad episcopos ecclesiae perturbatores corrigendos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

fastis interpositus fuisset, certe non ab illo vltimo consulatu Basili
tot anni post eius consulatum inscripti reperiuntur, sed post consu-
latum Narsëtis & Ioannis.

EPISTOLA II.

PELAGII PAPÆ I.

AD NARSETEN.

Hortatur, vt legatis auxilium præstet ad episcopos
ecclesiæ perturbatores corrigendos.

Pelagius, Narſæ patricio duci in Italia.

QVALI nos de gloriæ vestræ studiis iudicio gratule-
mur, non solum vestram, sed multorum ac pene
omnium credimus habere notitiam: & idcirco nunc de
his quæ vobis præsentibus ibi fieri stupemus, fiducialiter
apud gloriam vestram duximus conquerendum. Thra-
cius siquidem atque Maximilianus nomina tantum epi-
scoporum habentes, & ecclesiasticam ibi vnitatem per-
turbare dicuntur, & omnes ecclesiasticas res suis vñibus
applicare: instantum, vt contra vnum eorum, id est, Ma-
ximilianum, vñque ad nos per tam longum iter, necessita-
te compellente, quidam infatigabiliter venientes, preces
offerent.

Ansel. li. 11.
cap. 46.
Polyc. ibid.

Ob quam causam Petrum presbyterum sedis nostræ,
sed & Proiectum notarium ad eadem loca duximus desti-
nandos, vt ea quæ canonicis statutis a prædictis pseudo-
episcopis compererint commissa, vel digna debeant ibi
vltione compescere, veleosdem ad nos vñque perducere.
Et ideo salutantes paterno affectu gloriam vestram, pe-
timus, vt prafatis, qui a nostra sede directi sunt, in om-
nibus præbeat auxilium: nec putetis alicuius esse pecca-
ti, si huiusmodi homines comprimuntur. Hoc enim &
diuinæ & * humanæ leges statuerunt, vt ab ecclesiæ vni-
tate diuisi, & eius pacem iniquissime perturbantes, a sæ-
cularibus etiam potestatibus comprimantur. Nec quid-
quam maius est, vnde Deo sacrificium possitis offerre,
quam si id ordinetis, vt hi qui in suam & aliorum per-
niciem debacchantur, competenti debeant vigore com-
pisci.

* al. mun-
dane

Concil. Tom. 12.

Sff ij